OFFICIUM CAPITULI

Klosterneuburg, 15. Jh. Seite 67v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1028
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

rentibus pulsantibus dandum
inueniendum et apiendum esse te-
statur. Philippi et Iacobi

Non turbetur cor uestrum. Cre-
ditis in deum: et in me cre-
dite. In domo patris mei man-
siones multe sunt. Si quominus
dixissem uobis. quia uado
parare uobis locum. Non tur-
betur cor uestrum. Creditis in deum:
et in me credite. Ne mortem tam-
quam homines timerent iudeo et
turbarentur consolatur eos. eci-
am deum se esse contestans: cre-
ditis inquit in deum. et in me cre-
dite. De apostolis

Hec mando uobis: ut
diligatis inuicem. Si
mundus uos odit: scitote quia
me priorem uobis odio ha-
buit. Si de mundo fuissetis. et
mundus quod suum erat diligeret.
Hec mando uobis inquit
ut diligatis inuicem: ac per hoc
intelligere debemus hunc
esse fructum nostrum. de quo ait.
Ego uos elegi. ut eatis et fruc-
tum afferatis. et fructus uester
maneat: et quod ad iunxit. ut et
quodcumque pecieritis patrem in nomi-
ne meo det uobis. Tunc utique da-
bit nobis si diligamus inui-
cem: cum et hoc ipsum ipse dederit
nobis. qui nos elegit non
habentes fructum. quia non
eum nos elegeramus: et posu-
it nos. ut fructum afferamus.
hoc est inuicem diligamus: quem
fructum sine illo afferre non et
possumus. sicut palmites
facere sine uite nichil possunt.

Ego sum pastor Dominica ii
bonus. Bonus pastor:
animam suam dat pro ouibus. Mer-
cenarius et qui non est pastor
cuius non sunt oues proprie: uidet
lupum uenientem. et dimittit o-
ues et fugit. Ego sum pastor
bonus: atque eiusdem boni-
tatis formam. quam nos imi-
temur adiungit dicens. Bonus
pastor animam suam ponit pro
ouibus suis. Fecit quod mo-
nuit: ostendit quod iussit.
Bonus pastor pro ouibus et
animam posuit. ut in sacramen-
to nostro corpus suum et sangui-
nem uerteret: et oues quas